Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1332 bis 1380

Witte, Hans

Straßburg, 1896

1353 - 1365

urn:nbn:de:bsz:31-326758

Visual Library

691. *Bischof Johann II erläßt Verordnungen bezüglich des Tragens der Tonsur, der Fußbekleidung u. a. m.* *[1353—1365.]*

Johannes dei gratia episcopus Argentinensis universis et singulis prelatis, canonicis aliisque clericis civitatis et dyocesis nostre Argentinensis, cujuscumque ordinis fuerint, eciam ordinis acolitatus, dummodo gaudere voluerint privilegio clericali, salutem in domino. Licet exter alia clericalis honestas jure testante in tonsura et corona congruentibus existat, nonnulli tamen ex nobis circa observationes hujusmodi tonsure et corone congruencium se exibent neglientes, immo quod severius est ipsis penitus non utuntur nec hactenus utebantur, quod non solum est sacris canonibus inimicum, sed eciam periculose laicos scandalizat, sicut experiencia docuit atque docet, nos volentes periculosam hujusmodi negligenciam supplere, prout nostri officii debitum exigit et requirit, vos et quemlibet vestrum hortamur in domino et paterna suadela monemus, ut quivis vestrum a festo pentecostes proxime venturo inantea secundum majus et minus juxta sui status et ordinis prerogativas hujusmodi tonsura et corona utatur sub pena excommunicacionis late sentencie, quam extunc ut exnunc in hiis scriptis ferimis in rebelles, qua eciam sententia excommunicacionis quemlibet vestrum teneri et astringi volumus, qui a dicto festo inantea portaverit caligas omnino rubei, viridis croceique coloris. Volumus eciam et mandamus sub pena, de qua premittitur, ut nullus sacerdotum nobis subjectorum a festo beati Johannis baptiste proxime venturo inantea prebendam aliquam officiare presumat, nisi hujusmodi prebenda de bonis, redditibus seu proventibus perpetuis dotata fuerit et super hujusmodi satione publicum instrumentum sigillo curie nostre habent communitum, injungentes omnibus . . . *Juni 24.*

Aus dem Melker Codex 7ᵇ. Eine spätere Hand hat an den Rand geschrieben deficiunt hic duo folia.

692. Markgraf Rudolf von Baden an meister und rat zu Straszburg: «Uns ist fürkommen, daz unsir mome die Weckerinne unsir armen lúte in dem Riete angriffen habe und angrife an beten und stüren und andern dinsten swerlich und hohir, dan gewonlich sii gewest bitz her, und ûbir ir brife sage.» Bittet mit ihr zu reden. Meint sie recht zu haben, so will er seinen rat auf einen gelegenen tag schicken. «Datum Baden feria secunda post festum Michaelis». ***[1365 October 6] Baden-Baden.***

Str. St. A. AA 103 nr. 61. or. ch. lit. cl. c. sig. in v. impr.
Markgr. Reg. nr. 1221. Vergl. hier über die Datierung.

693. Hubardus dictus in Altari miles senescallus ducatus Lucemburgensis a Johanne de Mulnheim magistro ac consulibus civitatis Arg. petit, ut ducentos florenos, quos Fridericus de Gheroltzecke armiger a Thielmanno de Remiche extorserat, restituant. «Quod si secus feceritis ne miremini, si contra vestros patriatos procedamus». Datum in Lucemburg 11 die mensis octobris. ***[1365] October 11 Luxemburg.***

Str. St. A. AA 1797. or. ch. lit. cl. c. sig. in v. impr. del.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg